



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 56. Cleri Gallicani comitia, ejusque postulata ad Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI scissis, quid tenendum, aut quid im-  
A.C. 1585. mutandum videretur, judicarent, ac  
deinde ad Academiam referrent.

## §. LVI.

*Cleri Gallicani comitia, ejusque po-  
stulata ad Regem.*

*Att. & mem. du Clerge de France Titre 1646. eom. I.  
pag. 52.* **M**ense Octobri ejusdem anni post  
Christum natum millesimi quin-  
gentesimi octogesimi quinti edictum  
promulgabatur contra Protestantes, vi-

cujus omnes Regis subditi rursus ad  
Religionem Catholicam reverti, atque  
spuriam conscientiae libertatem dam-  
nare jubebantur: postea autem in Ab-  
batia sancti Germani de Pratis Cleri  
Gallicani comitia celebrabantur, qui-  
bus Borbonius, & Guiius Cardinales  
præerant: præprimis vero ibi sequen-  
tia capita a Rege postulanda decerne-  
bantur. I. Promulgetur Tridentinum  
Concilium, illudque juxta correctio-  
nes, ac moderationes in Blesensibus  
comitiis, necnon in Melodunensi Con-  
ventu decretas observetur, atque exe-  
cutioni detur. II. Concilia Provin-  
cialia celebrandi usus restauretur. III.  
Statuta circa appellations ab usurpata  
jurisdictione condantur. IV. Episco-  
patibus, Abbatiiis, aliisque beneficiis ele-  
ctivis electionum jura reddantur. V. Cor-  
ruptelæ, vi quarum beneficia indignis,

&amp; in-

& inhabilibus, imo & conjugatis con-Sæcul. XVI.  
ferebantur, emendentur, simulque be- A.C. 1585.  
neficia, quæ in fiduciam data fuere,  
tanquam vacantia, quæve ab aliis im-  
petrari valent, declarentur: Prælatis  
vero concedatur, ut juxta Pii IV. &  
Pii V. Constitutiones aduersus ejusmodi  
fiduciarios procedi queat. VI. Eccle-  
siastici in sua jura, auctoritatem, & ju-  
risdictionem reponantur, atque ad-  
versus hæreticorum ausus defendantur.  
VII. Denique, iisdem sua privilegia  
farta ferventur. Postea circa subsidia  
Regi indulgenda consultabatur, ac san-  
ciebatur, ut nihil eidem concedatur,  
nisi Papa consenserit, idque ipsius Cleri  
arbitrio relictum sit, pecuniæ autem  
nonnisi in bellum contra hæreticos im-  
pendantur, erogenturque pro urgente  
necessitate Guisiani exercitus centies  
viginti aureorum millia, præter decies  
centena aureorum millia Regi offerenda,  
si bellum diutius protraheretur, ita ta-  
men, ut centies viginti aureorum mil-  
lia Mense Octobri, totidemque in quo-  
libet bimestri hoc anno, & quinquaginta  
aureorum millia singulis Mensibus anni  
sequentis solvantur.

Itaque Archiepiscopi, & Episcopi,  
quibus hæc petendi, Regique offerendi  
negotium erat demandatum, die de-  
cima tertia Octobris ad Regis alloquium  
ad-

Sæcul. XVI. admittebantur, Noviodunensi Episcopo  
A.C. 1585. ceterorum nomine verba faciente: ve-  
rum Rex percepta eorum propositione  
ultra decies centena millia sibi oblata  
adhuc ducenta aureorum millia petebat,  
ad reliqua vero capita respondit, se cum  
suo Cancellario, & Senatus Præsidibus  
desuper deliberaturum: attamen Ordo  
Ecclesiasticus eundem Noviodunensem  
Episcopum ad summum Pontificem ab-  
legabat, ut hasce suppeditas unacum  
Parisiensi Episcopo a Rege Romam de-  
creto auctoritate Pontificia firmari cu-  
raret, Rex tamen nunquam permit-  
tere voluit, ut Cleri Deputatus eo pro-  
ficienceretur. Præterea in iisdem comi-  
tiis statutum, ut etiam beneficia a Je-  
suitis possessa taxationi subjicerentur,  
non minus ac illa Sacella, quorum re-  
ditus quinquaginta librarum summam  
excedunt, nequidem exceptis Noso-  
comiis, Virginum Monasteriis, Lepro-  
forum domibus &c.

### §. LVII.

#### *Declaratio Cleri Gallicani coram Rege.*

*Att. du Cler- R* ursus adhuc alia ad Regem decerne-  
*gé pag. 72.* batur legatio, ubi Nicolaus de An-  
geleria Briocensis Episcopus perorare  
jubebatur, qui ab initio ferme eadem,  
quæ paulo ante Noviodunensis Episco-  
pus